

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

P [Rho]

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

Dogma neofarium, honesti & turpis discrimē tollens.

Mirū uerò, non tandem quaritando frustra, esse defatigatos.

Theodosius de Scepticis.

tor fuit: post se ad philosophiam contulit, assidueq; Brysonem audiit, Clinomachi discipulum. Deinde Alexandrū, Metrodori Chij discipulum, cuius magister fuerat Metrodorus Abderites. Sensit, nihil honestum aut turpe esse natura, sed opinione & consuetudine.

Pyrrhon Phliasius, Timarchi F. discipulus Timonis philosophi.

PYRRHONII dicebatur, qui Pyrrhonem sequebantur haeretici, nomen à magistro adepti: idemq; dicti Aporetici, & Sceptici, & Ephectici, & Zetetici (πυρρώνειοι, ἀπορητικοί, σκεπτικοί, ἐφεκτικοί, ζητητικοί) Zetetici, quod ueritatem perpetuò quererent: Sceptici, à perpetua consideratione, cum nihil unquam inuenirent: Ephectici, ab eo quod illis post inquisitionem accidebat, ut sustinerent assensionem: Aporetici, quod ipsi etiam * dogmatici dubitarent. Theodosius uerò in Scepticis, negat Pyrrhonium uocari Scepticū. nam si (ῥῶκαδ' ἐπερον κίνημα, motus secundum aliud) alius animi motus comprehendī non possit, non scituros esse nos Pyrrhonis affectionem: si nesciamus, nō dictum iri nos Pyrrhonios. Ad hæc, nec primum Pyrrhonem Scepticam inuenisse, nec decretum ullum habere. Dici autem posse Pyrrhonium, quod consimilis sit illi sectæ. Ac Scepticam primus auspicatus est Homerus: nec enim definite de reb. pronunciat. Sunt & septem Sapientes Sceptici, cuiusmodi est: Ne quid nimis, & reliqua. Atq; etiam Archilochus & Euripides. Archilochus, cum dicit: Mens ea est mortalibus hominibus, quam communi die Iupiter inserit, τοῖς αἰθρώποισιν ἄνευ γίνεται θνητοῖς, ὁ κοινὸν ζῶν ἡμέραν ἄγει. Euripides:

Quid ergo miseros sapere mortales, Dicunt? nam à te pendemus, eaque facimus quæ tu uis.

πὶ δὴ τὰς τὰς παλαιπώρους βροτῶν φρονεῖν λέγεις; σὲ γὰρ πάντ' ἐξηγήμεθα, δρῶμεντε ποῦ αὐτ' ἀδὴ τυγχάνεις θέλων.

πῦρ παλάμη, καὶ παλαμῶνι ἴσαι πυρῆ.) Palma ignis est: & Tractans ignis instar. De eo qui celeriter aliquid cogitat.

πυρσῶω σοὶ τὴν σωτηρίαν, καὶ ἀνώθεν δεῖκνύω τὸ κάλλισον.) Ostendo tibi salutem, & superiore loco monstro quod sit pulcherrimum.

Pyrr.

πυρσερῆσθαι.) Perseus Macedo, pyris per totam Macedoniam paratis, celeriter quid ubiq; fieret cognoscebat. Ita nunc laternæ, Barbarorum aduentum indicant.

Laterna.

πυρφόρος.) Igniferos, sacerdotes dicebant, quod ignē altaris incenderent: quibus uictores in bellis parcere solent. De ijs autem qui profus uicti & obruti sunt, per amplificationem dicunt, ὅτι ἔτιως ἀπὸ λοντο, ὡσεὶ ἐπὶ πυρφόροισι ἰσπελείφθη: Eos ita internecione deletos esse, ut ne ignifer quidem superferit.

πυρφόροισι.) Ignifero cado Pisistratus Rhodiorum nauarchus est usus. Ex utraque proræ parte binæ ancoræ iuxta interiorem parietum superficiem collocatæ erant, quibus inferebantur conti (ἄσπερ ναντες τοῖς κύμασιν εἰς θάλασσαν) protenti in fluctus maris: de quorum fastigio cadus ferrea cathena suspensus erat, igni plenus, ut in impressione & aggressionē ignis in hostilem nauē excuteretur, à sua uerò ppter inclinationē multū distaret.

πύσαι.) Notandum, eorum qui peregrè obibant ossa, in patriam reportari solita.

πύσμα.) Recentiores, eas interrogationes quæ quid res sit inquirant, pyimata solent appellare: ut, quid est homo? Dialectica uerò propositio est, ad quam is qui interrogatur, respondere potest, Sic, uel Non.

πύσεις.) Ab omni interrogatiōe & percontatione oraculum eos deterrebat.

PRINCIPIVM LITERAE P.

Κλαδεῖσα ῥάβδος ἐκαλὸν φέρει πείρας. Confractus baculus nō fert bonum finem.

ῥαβδῶχοι.) Baculigeri, siue ministri in Thymele, qui curabant, ut modesti essent spectatores: aut certaminum iudices, qui αἰουμνηται dicuntur. Aristophanes: Lictores uerberare debebant poetam comicū, si quis progressus ad auditores, ipse sese laudaret. Polybius: Licitor aderat ab imperatore, qui regem accerferet.

ῥαγδαίσις.) Antiphanes in Agrestibus: Impetuofus, inuictus, res maior opinione tua.

ῥαδαμαίνθου κελσις.) Rhadamanthi iudicium. De ijs quorum testata est iustitia.

ῥαδαμαίνθου ὄρεα.) Rhadamanthi iusiurandum: quod fit per anserem, aut canem, aut platanum, aut arietē, aut aliquid huiusmodi. Cratinus in Chironibus: Quibus maximum erat iusiurandum in omni sermone, Canis, deinde anser: deorum uerò nulla mentio.

ῥαδινῆ.) Caput hominis robustum est in Sole uersatum: imbecille, in umbra enutritum.

ῥαδισεργός.

Impudentia.

ῥαδιεργός.) Polybius, de uerna proditore: Quid causæ tandem est, quod eodem modo & ab hisdem cum decipiamur omnes, discedere ab amentia nō possumus? Hoc enim genus improbitatis, iam sæpe à multis est usurpatum. Ac id apud alios uigere, fortasse non est mirandum. Apud eos autem, penes quos fons est istius sceleris: id uerò mirandum est. Idem alibi: Priuata iniuriā nihil differt à publicis, nisi numero & magnitudine euentuū. Nam priuatim quoq; nebulonum & furum natio hac una maximè ratione impingit, q̄ alij alijs non præstant ea quæ æqua sunt, & alios alij lædunt.

iniuria.

Cautio.

ῥαθυμείν.) Cum omnes Publium fortunatum dicerent: & ut quiesceret, perfectò bello, & genio indulgeret hortarentur: se beatos iudicare illos dicebat, qui in ista essent opinione.

Peccatum.

ῥάμν.) Omne peccatum sentes uocat Scriptura.

RHAMNVS, de eruditis & claris dicitur. Rhamnus enim est Atticæ municipium, in quo Antiphon arte dicēdi floruit: quem multi uolentes imitari, prouerbiū uitæ reliquerūt, ut pulchri & honesti Rhamni dicerentur.

Antiphon.

ῥαμνυσία νέμεσις.) Rhamnusia Nemesis. Hæc primūm dedicata fuit Veneris specie, eoq; maliratum gestabat. Dedicauit autem eam Erechtheus, matris suæ nomine, quæ Nemesis dicebatur, eoq; in loco regnarat. Statuam Phidias fecit, cuius inscriptionem concessit Agoracrito (Argiuo) Pario, amasio suo, homini formosissimo. Qui & Olympiæ digito Iouis inscripsit, *αὐτάρκης*: id est, sua sorte contentus, uel absolutus.

Erechtheus. Nemesis. Phidias. Agoracritus.

ῥαριὰς.) Rharias Ceres dicitur. Rarus enim filium habuit Celeum, Celeus Triptoleum. Rarus autem Cererem errantem, & Proserpinam quærētem, hospitio excepit. Pro quo beneficio Ceres nepotem Rari, Triptoleum, frumenti culturam edocuit.

Rarus. Celeus. Triptolemus.

ῥασιώνη.) Dion 38 Romanæ historiæ: In ocio degentes, uitæq; delicatæ dediti.

Adulteriorū pena.

ῥαφανιδρωθῶαι, καὶ τέφρα πιδρωθῶαι.) In adulterio deprehensos ita excruciant: raphanos in podicem eorū immittebant, & pilis euullis calidos cineres ingerebāt, abundè illos excarnificantes. Aristophanes: Adolescentibus cœnantibus non licebat raphani caput, aut anethū senioribus, aut selinū rapere, aut ligurire, aut turdos edere, neq; pedem pedi imponere.

Modestia adulescentium.

ῥαχίας λαλίστερος.) Littore loquacior. De garrulis: quod fluctus subinde allisi littoribus, resonent.

ῥαψωδῆν.) Aristophanes: Decantare licebit pueris, eos qui se uiros in bello fortes præbuerunt: & si qui ignaui fuerunt, ut præ uerecundia cœna abstineant.

Laus & uirtus.

ῥαψωδοί.) Rapsodi, qui Homeri uersus in theatris recitabant: sic dicitur, q̄ inter canendum baculos manibus tenerent.

Homericæ.

REBECCA, mater Iacobi.

ῥεχθὸν δὲ τε νήπιον ἔγνω.) Homerus: Stultus post rem factam sapit.

RHEGINVS grammaticus, scripsit opus quod Polymnemon dicitur, à multa memoria.

πολυμνήμων.

ῥηγίνος δειλότερος.) Rhegino timidior. De ualde timidis. Xenarcho, Sophronis mimographi filio, persuasit Dionysius tyrannus, ut Rheginos tanquam timidos in Comœdijs perstringeret.

Xenarchus calumniator.

ῥήγλα.) Carthaginenses multis fracti cladibus, Regulum ducem Romanorum, quem paulo antè in potestatem suā redactum, acerbè & Barbaricè uexarant, solum uinculis, cæterisq; rebus instructum, ad suos ablegarunt, se equam pacificationem & captiuorum commutationem uiri illi intercessione impetraturos esse rati. Is uerò unà cum legatis Carthaginensium Romam profectus, & senatū ingressus, deferri solitos Consularibus honores repudiavit: se ciuem esse negans, ex quo sibi Fortuna dominos Carthaginenses imposuisset. Patres conscriptos tamē monuit, ut pacem planè repudiarēt: neq; spem præberent hostibus iam ad desperationem redactis. Neq; enim esse par, uno solo uiro, eoq; iam sene, paucisq; alijs qui apud Carthaginenses relictī essent, multis millibus permutatis, hostiū augere uires.

Regulus.

Captiuus se ciuem esse negat.

Dissuadet pacem.

Qua de causa Romani eum mirati, legationem Carthaginensium rebus infectis dimiserunt: ipsum uerò per uim his à quibus ducebatur, eripere uoluerūt. At ille negans sibi manendū in urbe, cuius ciuis patrijs institutis non esset, lege belli seruire alijs coactus: ultrò Carthaginenses sequebatur, & lachrymis & lamentationibus suorum inuictò animo neglectis. Itaq; Carthaginem reuersus, omni genere suppliciorum conficitur. Nā præter cæteros cruciatus, domūculæ angustæ inclusus, quæ magnitudini corporis eius respōderet, intus crebris clauis ferreis transfixæ, perijt: cū nec immotus stare posset, & quieturus statu corporis ut cunq; inclinato, in ferreas cum

Recusat manere apud suos.

A Carthaginensibus per cruciatum occiditur.

spides incideret. Ac ita cum illo actū est. ῥήματα αὐτ' ἀλφίτων.) Verba pro farinis. In eos qui non ea quæ petuntur dant, sed uerba tantum dant.

Romulus. ῥήμ(⊙) καὶ ῥωμύλ(⊙).) Remus & Romulus, fratres Romani, è scortatione nati, & abiecti, à muliere quadam sunt educati.

RHENEÆ, & Rhenia, insula quædam prope Delum.

ῥηζέωρες.) Sepulchrum Achillis rumpiuri, q̄ olim Achæi condiderunt, Troianorum etiam posteris terrori futurum.

ῥήζον Φωνεῶν.) O' qui multis seniores institutis bonis coronasti, Rumpe uocem qua gaudes, & tuam naturam dic.

ῥησιάρχ(⊙).) Rhesiarchus, uir dicēdi ueri studiosissimus. Vox hæc etiam uatem significat, cum est appellatiua.

Rhesus Byzantius. ῥήσ(⊙).) Rhesus, dux Byzantium, habitauit extra urbem in loco qui Rhesium dicitur, ubi nunc ædes Magni Theodori cernitur. Is cum Troianis opē laturus in cāpo suburbano castra posuisset, ab Ulyse & Diomede eadē nocte est interfectus.

ῥητορικὴ γερὰ φη.) Olim non omnes causas agebant oratores, sed quasdā. Alij oratoriam causam dicunt, qua orator accusatur, quod aut scripserit aut dixerit, aut fecerit aliquid cōtra leges. Fortassis autem hac ratione actiones Oratoriæ quædā uocantur, quod ex diuersis legib. actio datur (f. κατὰ τῶν ῥητόρων, contra oratores) oratoribus: sicut senatoria actio, quæ contra senatorem: & (ῥητορικὴ) curatoria, quæ contra curatorem.

ῥητορικὴ.) Rhetorica, est scientia iustorum. Proprium oratoriæ audaciæ est, nō quidem negare crimen, sed probabilē rerum afferre causam. Damascius de Isidoro: Eloquentiæ non dedit operam, quod quidem memoratu dignum sit, (Et rectè quidem, si nihil sit nisi mentiendi artificium) insolentiā & arrogantiam eius aspernatus, & odio persecutus.

ῥήτωρ.) Orator olim dicebatur, qui populo suadebat, & apud populum uerba faciebat, siue dicendi peritus esset, siue ea facultate careret, siue boni publici & æquitatis studio id faceret, siue priuato emolumento impulsus. Ac Demosthenes hunc oratorem uocat, cum dicit: Orator dux & autor est, & imperator huic obnoxius. & alibi: Ego uerò, si quidem is qui consulit uobis, quod è re uestra esse censeat, orator est: neq; negarim, neq; recusarim nomē hoc. Si uerò is, quales ego, atq; etiam uos uidetis, indoctos, & uestris opi-

Germanus orator.

Adulterinus.

bus locupletatos: is ego non sum. Multis decretis ascriptum est, Oratorium: si quis S. C. afferebat, & non ipse suā sententiam proponebat.

ῥήτωρ.) Orator, patronus, causidicus, qui sententiam suam dicit: apud Sophoclem iudex.

ῥήτρα.) Rhetræ, scripta, sermones, pacta conuenta. Tarentini leges & decreta sic uocant. Apud Lacedæmonios, Rhetra Lycurgi lex est, ex oraculo sancita. Propter milites lata lex est: ut quisquis eorum tergū dedisset, in castra reuersus, pro hoste lapidibus ab amicis petitus, acerbo genere mortis interiret.

RHIANVS, Cretensis, Benæus. Bene enim est Cretæ oppidum, quod quidam Ceræten dicunt. Alij ex Ithaca Messenea eum esse tradunt. Hic primum fuit palæstræ custos, & seruus: deinde eruditus, grammaticus euasit, æqualis Eratosthenis. Scripsit uersus, & poema Heracliadē uel Herculidem libris 4.

ῥιγγλή.) Non ego sum adeò frigori obnoxia.

ῥιμνῶ.) Omnium uictu carentes, squalidi & macie confecti iacebant.

ῥικνεῖσθαι.) Indecore & in congressibus & in saltatione flectere lumbos.

RHINTON, Tarentinus comicus, autor Hilarotragædiæ, quæ est Phylacographia. Nomina facta sunt ab hilaritate Tragediæ, & excubiæ descriptione. Figuli filius fuit, sub primo Ptolemæo. Fabulæ eius Tragicæ & Comicæ sunt 38.

ῥιπὸς.) κέρδιος ἐκρηπὶ καὶ ὅτι ῥιπὸς πλέει: Lucri causa uel in uimine nauigaret. In hominem auarum, ὁ σὺν θεῷ πλέων, καὶ ὅτι ῥιπὸς πλέει: Qui Deo propitio nauigat, uel in uimine nauiget.

ῥίψασπις.) Rhipiaspis, timidus: Φέραςπις, Pheraspis, bellicosus. Alter ab abiiciendo, alter à ferendo clypeo dicitur.

ῥιψοκινδύνα.) Offirmarat animum, se periclitantibus opem laturum, & ijs quibus opus esset auxilijs cum periculo manifesto coniunctis. Eiusmodi enim tempus suum putabat esse proprium.

ῥοδίων ῥησιμὸς.) Rhodiorum oraculū. Rhodij Lindiæ Mineruæ sacrificantes, quotidie in templo conuiuia agitabant. Neq; uerò mos erat inferre matulā. Qd' cum oraculum eis concessisset: rursus scitanti sunt, æneâmne an fictilem? Tum Deus iratus, respondit, Neutram. Prouerbum itaq; conuenit in eos, qui curiosius percontantur.

RHODOGVNE, uxor Hyftaspis, Xerxis & Darij mater.

ῥόδρον ἀνεμώνη συγκρίνεις.) Rosam papa- ueri comparas. In eos qui inæqualia com- parant.

ῥόδα μ' εἰρηκας) Verba tua mihi rose sunt. ῥόδρον παρελθῶν, μηκέτι ζήτει πάλιν.) Ro- sam ubi præterieris, eam ne denuò quæri- to. De ijs (Ἐπὶ τῶν κυδρανόντων πινᾶς) qui ali- quos celebrant.

τὸ ῥόδρον ἀκμάζει βαθὸν χρόνον. ἢ παρελθῶν, ζητῶν δὲ ρησις ἐ ῥόδρον, ἀλλὰ βάτον. (sit, Yerna breui Rosa flore nitet. Simul ille recess- Non Rosa quarenti, sed Rubus asper erit.

ῥόδοπη.) Rhodope, mons Thraciæ, unde Hebrus fluuius oritur.

ῥόδος.) Rhodus insula, quæ & Lindus dicitur: & Colossenses, eius incolæ, pro- pter Colossum, κολοσσαῖς.

ῥόδοψις.) ἅπανθ' ὁμοια καὶ ῥόδοψις ἢ κα- λή.) Omnia similia sunt, & Rhodopis illa formosa. Significat, ex æquo casibus for- tuitis obnoxios esse mortales.

ῥόδοψις ἀνάθημα.) Rhodopidis do- nariū, sunt obelisci Delphis multi. Apel- las uerò Ponticus tradit, Aegyptiā quoq; pyramidem esse Rhodopidis. Sed Hero- dorus eam opinionem arguit. Fuit autē Thracia genere, & cum Aesopo seruijt (Iadmoni) Idmoni Mitylenæo. Eam rede- mit Charaxus, Sapphonis frater. Sappho autem eam uocat Dericham.

ῥοῖσχοι.) Globuli auro texti, malis pu- nicis similes, ad stolæ sacerdotalis orna- mentum.

ῥομβοσωμυλήθρα.) Eubulides (inquit) eristicus, id est contentiosus, ceratinas in- terrogans, & falsarrogantibus uerbis ora- tores agitans, abiit: habens Demosthenis Rhombostomylethram, quasi uelubilin- guitatem dicas.

ῥόπαλον.) τίς νῆς; κέθρον & καὶ ῥόπαλον εἰς ταῦτὸ ξυῶηλθον; Quid isthuc? Itane cothur- nus & claua coniunguntur? De rebus dif- sentientibus. Hoc Baccho dicit Hercu- les. nam cothurnus mulierculis cōuenit.

ῥοπή.) Animi proprius est appetitus ὁρ- μή: Corporis momentum seu inclinatio, ῥοπή. Est igitur horum præstantior quàm rhope, cum animus corpori antecellat. Melius enim & deterius cum inter se cō- feruntur, proprietatibus suis differunt: eaq; ratione melius præstat deteriori. ueluti, Si animalia sunt Deus & homo & equus: communis quidem generis ratione nihil differunt. Sed quia Deus melior est homi- ne, homo autem equo: restat ut discrimē

lit ex proprietatibus. Quòd si Dei proprium est, immortalitas: hominis, doctri- næ capacem esse: equi, facultas hinniēdi: immortalitas doctrinæ, hæc hinniui præ- stat. Eodem modo & inclinatio & appetitio. Melius autem & peius in iisdem ge- neribus cernuntur. Nam & comparatio eorum est, quæ communionem quadā con- tinentur. Eodem momento & ducis uo- luntas, & præscripta ratio, legionibus, ut paratæ essent, denunciabant.

ῥοπή.) Patriæ principatū in discrimine uersari ratus, facinus edidit memorabile.

RVTILIVS Rufus (uel, Scipionis tū tribuni militum commilito fuit) Scipioni tribunus militum fuit, ut Appianus tradit in Romana historia. Scripsit res illo tem- pore gestas.

RVFIVS sub Theodosio fuit, homo profundū consilij, occultiq; animi, tutor cum Stilicone Theodosij liberūm. Hi am- bo rapiēbant omnia, in diuitijs imperium situm esse iudicantes: neq; quicquam erat cuiquam proprium, nisi istis placuisset: omnesq; controuersia ab ijs disceptaban- tur: magnāq; multitudo erat circumcur- fantium, si cui prædiū esset locuples atq; fertile: ac dominus statim arripiebatur, cri- mine probabili conficto, & per insidias emissariorum quorundam coniecto. Ita is cui fiebat iniuria (ἡδικεῖτο, uidetur πκα- πδικάζετο poni) condemnabatur, autore iniuriæ sententiam dicente. Rufini autem improbitas ad tam immensam auaritiam processit, ut & publica mancipia uende- ret, & publica prætoria omnia. Rufino ser- uirent. Ac magna circa eum fuit adulatorum turba, & eorum quidem adulatorū, qui non ita dudum cauponis inseruierāt, & subsellia & pauimenta purgarant. Ii iam chlamydes prætextatas gestabāt, a- reis fibulis connexas, & sigillis auro in- clusis ornabant digitos. Rufini crimi- nationes plerasque reperias in Eunapij Sardiāni Chronographia, sub Arcadio & Honorio. Qui cum uerbo tenuis im- perium obtinerent: omnis principatus & potestas in Oriente penes Rufinum, in Occidente penes Stiliconem erat: om- nesq; causæ ab ijs pro imperio discepta- bantur: uictorque abibat, qui sententiam magna pecunia redemerat, aut familiari- tate prætoris beneuolentiam sibi conciliarat. Possessiones uerò, quarum domi- ni uno ore omnium felices prædicaban- tur, ad istos transibant, cum alij donis eos placarent, & calumnias hisce redi-

Melius & peius.

Auaritia.

Rufinus.

Adulatores.

Eunapij Chrono- graphia. Arcadius. ἀνέγει.

Venalia om- nia.

Cadaveri una & eadē forma.

Esopu. Charaxus. Sappho. Dericha.

ὁρμή. ῥοπή.

Proprietas. suis res distinguuntur.

merent: alij sua donarent, quo magistratu potirentur, aut aliam quampiam urbium pestem mercarentur. Cum autem omne genus improbitatis & calamitatis in urbibus uigeret: diuitiae undecunque in Rufini & Stiliconis aedes confluebant: Paupertas uero locis in omnibus locupletes olim domos peragrabat: nihil horum Imperatoribus animaduertentibus: qui ea tantum scribebant quae Rufinus & Stilico iussissent. Cum uero iam immensas opes congestissent, Rufinus iam imperium quoque animo agitabat.

o stuporem.

R V F V S, Ephesus medicus, sub Traiano, cum Critone. Feruntur eius libri pluri, quorum & hi sunt: De ratione uictus, v. De uictu nauigantium, i. De uulnerum medicamentis, i. De contractione articularum, i. De ficibus, i. De uetere medicina, liber unus. De uino, liber i. De melle.

Imperij Romani amplitudo.

ρωμαίων αρχή.) Romanorum imperium, regna Assyriorum & Persarum & Macedonum ueterum, longo interuallo superauit, limitibus constitutis uersus Orientem, Indis, & Erythraeo mari, & Nilo, & catarractis, & Maotide palude: ad Occidentem uero, Oceano ipso: quem esse fabulam, rebus ipsis est declaratum, neque aliter nisi ad delectationem a poetis nomen eius decantari: siquidem & Britannorum regio, quam circumfluens, insulam efficit, nunc inuenta, in finibus imperij Romani numeratur. Dicat igitur, cui uisum id fuerit, ab hoc citra controuersiam res ueterum superari, tum longitudine temporis (πληθει καιρος των επελθόντων εκάστον) praeteriti, tum utrorumque audacia & disciplina militari, tum machinarum excogitatione & aduersariorum uirtute. Dextippus autor est, Romanum imperium esse auctum, propter bellicosos populos, & disciplinam militarem. Omnes enim Occidentales sunt animosiores istis, qui ex altera parte habitant. Excellunt autem Romani & ordine & arte in bellis, qua & Gallos uicerunt: & finitimorum bellis exercitati, ut Barbaros solertia, ita Graecos natura & fortitudine uicerunt.

Occidentales bellicosiores Orientalibus. Ordo. Ars.

ρωμαίων πόλις.) Urbs Roma dum externorum bellorum rudis fuit, censu acto, ciuium numerum comperit 300000. non multo minorem: idque, cum bellis continentibus attererentur, neque unquam diuturna & constanti pace fruerentur.

ρώμη η πόλις.) Roma urbs, a prima origine 377. annos, nullum externum bellum gessit. Cum uero bellum primum Punicum

iam iam imminere putarent, censu acto, prope 300000. ciuium inuenit.

ROMAM, compendium orbis terrarum dixit Athenaeus (ρώμη συνομη της οικουμένης.)

ρωσωντες.) Barbari se affirmarunt defata acie: ne denuo Romanis commentis & artibus circumuenirentur.

ρωχμος.) Procopius: Abigas fluuius ex Auralio descendens in campum, in quo multae sunt abruptae rupes, in quibus Abigas sese findens, supra terram apparet. Quae cum in largissimo campi spacio contingat, facultatem accolis praebet, aggere caernas implendi: & rursus istidem apertis, aquis fluuij suo arbitratu utendi.

ρυθμος.) Rhythmus est, metri pater: hoc, species est rhythmici: ille patet latius. Vetusta est metrorum & rhythmorum doctrina. Rhythmus cernitur in istis etiam, qui manibus & pedibus plaudunt. Cum enim celeris & tarda pedum sublatio & positio rationem inter sese habent, rhythmus existit. Hinc translatione sumpta, certa syllabarum implexio, quae ad uersus gignendos adhibemus, pedes dicuntur. Etiam de tibijs, & id genus alijs rhythmus dicitur, qui est (συμμετρία, certa mensura) modulatio temporis, in quo fit motus. Nam & foramina tibiarum, partim diutius digitis tegunt, partim breuius: itaque sonum modo longiorem efficiunt, modo breuiorem. Atque etiam foraminum alia maiora sunt, alia minora: atque alia lingulae uiciniora, alia remotiora: & angustiora sunt acutiora latioribus. Itaque & puerorum uoces, & mulierum, sunt acutiores. Latiora uero sunt grauiora, itaque uiciniora sunt remotioribus acutiora, per quorum symmetriam carmen fit harmonia: rhythmus uero per celeris & tardi fit symmetria. Ac rhythmus aliarum rerum celeritate & tarditate distinguitur: orationis autem, quae ore profertur, rhythmus, longitudine & breuitate, qui solus etiam uersus (μέτρον) dicitur. Neque uero in poetica tantum haec, sed & in oratoria dictione cernuntur.

ρύκη κελδομυπία.) Rhyci hordei missio. Eratosthenes lib. 9. scribit, regem hunc cum a captiuitate in suum regnum redisset, ciuitati Atheniensem hordeum misisse.

ρώμη.) Eunapius: Tanto impetu ad laesciuam atque luxuriam ferebatur, ut magistratus essent magis quam ipsi hostes infesti.

ρωμος.) Ab Heraclito tres caudae ursae stellae, temo dicuntur.

ρυπηπία.) Nautica exclamatio est. Aristophanes

Aristophanes: Nihil norat, nisi (μάζαν.) placentam & Rhyppapæ nominare.

(ῥυπία.) Aristophanes: Nunquam mihi, ex quo purgor, calx ita supercilia mordit. Id est: Per omnem ætatem nunquam animo meo ita ægrè fuit.

(ῥύρρα.) Archeanassæ meretricis etiam rugis, suavis insidet Amor.

(ῥυχάχετ.) Aristophanes: Atheniensium tumultum quis nam compescuerit?

INITIVM LITERAE Σ.

(Σαβάζι.) Sabacius à Barbaris Bacchus dicitur, qui σαβάζεν, pro Βάζεν pronunciant. Sabi etiam dicuntur loca illi cōsecrata, & cultores eius. Mnaseas uerò Patarēsis, Bacchi filiū esse ait Sabaziū.

(σαβακῶν ἀἴθεμα σαλμακίδων.) Bacchi carū donariū Salmacidū: id est, meretricū.

(σαββαθον.) Sabbathum septimus dies: otium ille quidem corporis, sed spiritualem occupationem multiplicem complectebatur.

(σαββαθον ἡμέτερον.) Sabbathum, qui secundus erat Paschatis dies, & primus Azymorum. Sabbathum, quietem seu otium significat: sed omne festū sic appellatur. Expletur autem quælibet hebdomas, occasu Solis post Sabbathum.

(σαββαθον ὁδός.) Sabbathi uia est 2000 cubitorū. Tanto enim spacio arca castra antecedeat: tãtoq; intervallo, quibus id fas erat, arcam mouebant in Sabbatho.

SABELLIVS, hæresiarcha.

(σαβαιοι.) Indignatur & succenset Cæsar, quod Sabiros & Albanos omnes profus non profligassent.

SABINVS, sophista, sub Adriano Cæsare, scripsit Isagogen & argumenta declamationum lib. 4. In Thucydidem & Acusilaum & alios commentaria, & alias quasdam enarrationes.

SAGALLÆSVS, urbs Pisidiæ.

SAGAPENVMSuccus est (οἶον) ueluti ferule, calidus, & tenuiū partiū. Habet etiã purgans aliquid, ut & oculorum cicatricibus & lippitudini conducatur.

SANGARIVS, fluuius Lydiæ & Phrygiæ, quem Caius consul Romanus transiens, quamuis profundum & traiectu difficilem, ponte constrauit, & iuxta ipsum fluuium castra metatus est.

SANCHONIATHON, Tyrius philosophus, belli Troiani tempore fuit. Scripsit de Mercurij physiologia, quæ translata est in aliam linguam: Instituta Tyriorū, Phœnicum dialecto: Aegyptiacā theologiam, & alia quædam.

SACAS, poeta tragicus: & Sacæ gens Thracia. Aristophanes:

Iste cum ciuis non sit, ui se ingerit.

*Nos uerò & tribu & genere honorati,
Ciues cum ciuibus, & exagitante nemine
Auolauimus e patria.*

SALACON, se diuitem esse simulabat, cum esset pauper. Hinc σαλακωνίσι, Salaconem agere, id est ostentatorem esse.

SALAMANDRA, bestiola magnitudine lacertæ, natura gelidissima, ut & ignem subiens flammam extinguat, nec ipsa cremetur.

(σαλαμίν.) Post Marathonem Salaminis meminît, ubi Persæ classe dimicant: in Marathone pedestre prælium est cōmissum. Sita est autem Salamis nō procul ab urbe Eleusine, quæ est Cereris & Proserpinæ sacra, plena illustrium Græciæ factorum.

In hac enim multas Persarum de uicerunt triremes Athenienses, exiguo numero, duce Themistocle. Ibi & rupes est Iresia (id est remigium) uelut ipso nomine trophæum significans. Est & rupes Agelastos (id est risus expers) dicta ab Atheniensibus, in qua sedisse Theseum ferunt, ad Inferos descensurum: unde etiam nomen habet: siue quod ibi sedit Ceres plorans, dum Proserpinam quærat.

(σαλαμίν.) Orbis terrarū dominus, à quo pendent omnia. Quasi non in extremum adducta discrimen agere audeat quodlibet. Cum pleriq; tenui spe alerentur, Multis cōsilijs animo agitatiss, felicem pro eorum statu iecit aleam, cum omnē fortunam suam recidere in diuersum uideret.

SALMONEVS, Aeoli F. rex Thesalorum, homo impius, machina quadam fulgurabat, tonabat, populi animos conturbabat. Itaque pœnas impietatis dedit, diuinitus fulmine ictus.

SALOMON, à pacata regni gubernatione dictus.

SALUSTIVS, sophista, scripsit in Demosthenem & Herodotum commentarium, & alia.

Salustius, Mopseates medicus, sub Tiberio Cæsare scripsit medica.

Salustius Athenis Alexandriam cū Isidoro philosopho uenit. Admirabiles autem Salustij mores omnibus hominibus fuerunt: qui & cōstantissimè philosopharetur, & perridicule iocaret, utrumq; opinor ultra modum. Iudiciū enim hæc uita, ut si qua alia, requirit. Natus est patre Syro Basilide, matre Emesena Theoclea. Fuit ingeniosus ad multa, & moribus austeris